res inquit vni peccant, vni se ecclesie moluntur in certum edic-  
est aut ista bonitas ista misericordia, vni peccat et oes in discrimen  
adducit. Polluitur enim ex vno peccato populus, sicut ex vno vici  
morbida vniuersus grex inficitur. Vt enim Cassiodorus super psalmum 33.  
Iniquitas mortalium more putredinis sine fine vagaret, si enim  
medicinalis increpatione minime desecaret. Talis erat nequitia  
a quibus cauendis apostolus discipulum ammonet dicens. Et ad iu-  
ditham et quod sermo eorum ut cancer serpit. Talibus ergo malis  
apud si publica sunt ne ad infectionem multorum libertate possit  
impunita profluere, correptionis debet accelerata et dura et publi-  
ca cohibere. Accelerata quidem. Quia sicut dicit Cassiodorus  
libro 3<sup>o</sup> epistolarum sicut malum si perseverat augetur, ita remedia



le bonū est in p̄no inleceata concepno Ideo ut idem ait in quada  
 epistola Decurrendū est ne tractu temporis ipunita malicia con  
 ualescat ne vires iniquitati dissimulando vel indulgentior gracia  
 subministrat Quia sicut gregoriū primi pastorali ca. 2. e cum culpa ab  
 auctore non cognoscatur. ita ut ponderis ab macerantis ore senti  
 atur et cum sibi quis malū quod p̄petrauit leuigar hoc contra  
 se ḡnter ex corupientis asperitate p̄tinetat **Publica** Quia ut  
 dicit gregoriū in registro ad felice episcopum cecilie ca. 286. k.  
 Palam arguendi sunt qui palam nocent **Et** dum apta pur  
 gatione sanantur. hii qui eos imitando deliquerant corrigantur  
 Cum enim vnus corripitur plurimi emendantur **Et** melius  
 est ut pro multoꝝ salute vnus adēnetiq̃ p̄ vnus licentiā mlti  
 perirentur

**Capitulum 145<sup>m</sup>**

**E**tia utilitas correptionis impense huiusmodi du  
 ris hominibus quorū sic dubia est acceptatio et  
 emendatio vix sperata ex respectu ipsorū met q̃  
 corripuntur dicit p̄ **Varietas** procurande emē

danonis **E**sto enim quod aliquis adeo sit in malicia p̄tinax. ut ipsa cor  
 reptione ab eo de quo monetur vitio vel flagitio n̄ime emendetur  
 aut sanetur. nichilo minus tamē sup̄ et p̄cipremissas utilitates ipsa  
 correptio fraterna circa sic amonitum tum plura alia bona ad  
 ipsius sanationē disponētia cōter operat **Et** p̄mū quidem sic p̄  
 uentum vel ad modicū retardat et retinet ne toto semp̄ impetu  
 infrens et continuo rapiatur in p̄ceptis. dum interī vel considera  
 none dictorū. mentem ad alia distrahit. vel v̄boꝝ artificiosa cō  
 positio nouitate ac varietate sua suspensum. a cōcepto malicie fer  
 uore vel in aliquo tepescere facit **Et** hunc fructum considerasse  
 videtur **Seneca** in epistola ad lucillū 40 ubi ait **Aud** deo per  
 cant mala sua ostendere **Vicia** eius si nō exadere. m̄hibebo **Nō**  
 desinent. s̄ intermittentur **Fortasse** autem desinēt. si intermitten  
 di consuetudine fecerit **hec** seneca **Dic** enim se habet cū homine ve  
 hementia male alicuius passiois p̄uenio. sicut se habet cum homine  
 ut dictum est in insaniam vel in frenesim rapto. cui multa sepe bona  
 prestatur inuito et uestro **Inter** que vnū summe necessariū est q̃  
 sepe dum ad p̄ntiam sui per p̄ceptis tendit captiuat ligatur et a sui  
 lesione v̄uolentē retinetur **Cui** qui utilissim⁹ et misericordissimus  
 p̄ntunc occurrit. molestissim⁹ et adūssimus esse videtur **Dic** et v̄uā  
 humanissimus hōi est qui amonitione fraterna. si fieri uia potest vel

*[Faint handwritten text]*

**Quod** correptione etiam  
 maluolis ad multa  
 proficit

**Quam** piū sit colibe  
 re homine licet inuis  
 tum a peccato



si ita fieri non potest, crassit facultas violenta coartatione repunt illius  
 ab eo quod ad anime sue interitione periculose presumit. Et sicut ille  
 qui in frenesi passus fuit recuperata salute tanto uberius violenti  
 tu in hora passionis gratias agit, quanto pro tunc in necessitate sua  
 minus cum sibi peccasse cognoscat, ita et de hinc constat qui pro eorum  
 correptionem passione puenit moleste lez sustineant, cum aspiciant  
 gratia ad serenitate redeunt magis sibi fuisse ad salute corruptos  
 amicos, quam in vino fautores recognoscat. Hoc sentiens beatus iulianus  
 pater noster augustinus in epistola quadam ad sanctum hieronymum  
 Non aliter inquit intelligo quod scriptum est. **C**orripet me iustus  
 in misericordia et increpabit oleum autem peccatoris non ipsum  
 caput meum, nisi quod magis amat oburgator sanaturus, quam  
 lator ungens caput. **U**nde ipse idem in libro de sancta trinitate dicit  
 bar. **M**agis optabo a quolibet reprehendi, quam ab amico sine ab  
 adulante laudari. **N**ec mirum. Quia ut ipse idem augustinus in  
 epistola ad hieronymum ait. **M**elius timor capitis dolet cum cu  
 ratur, nam dum curatur non sanatur. **N**oc est etiam aut quod  
 ante vidit, qui dicit. **V**aliores esse plures quam inimicos iurgantes, quam  
 amicos oburgare metuentes. **A**lli enim dum rixantur dicunt aliquid  
 vera que corrigamus, isti autem in minore quam oportet exhibent  
 iusticie libertate dum amicitie timet crasperare dulcedinem. **I**  
**H**is addendum est conformiter ad premissa quod sepe ipsa correptione  
 causa fit homini occasio intelligentie spiritualis, qua homo cum  
 ad seipsum redierit, vel culpa quam non noverat, vel eiusdem culpe  
 gravitas innotescit. **Q**uia de re beatus gregorius in pastoralis suo  
 bene ait quod clavis apertoris est sermo correptionis, quia culpa  
 increpando detegit, quam sepe nescit ipse qui nequam peccat.  
**D**emum ipsa correptione, dum sua delinquentis asperitate sonare  
 uberitat, a serena nitus viciorum mentem purgat, ut tanto firmiter  
 quod futura illa peccatorum ultre flamma videntur recipiat, quam amplius  
 preveniens iudicium correptionis lima preadat. **U**nde gregorius  
 quodam loco in moralibus ait. **Q**uod ipsa asperitas correptionis  
 origo sit luminis, et igne tribulationis admouet, ut in nobis vi  
 corum cubiginem consumat. **E**x quo sensu ulterius motus videtur.  
**I**dem gregorius in quodam loco registri sui si bene memini, ut di  
 ceret. **A**liis omnibus corrupti ab omnibus peccatis sum emendari, et hinc  
 solum mihi amicum estimo per cuius linguam ante apparitionem  
 districti iudicis maculas mentis mee tergo. **P**ropter que omnia

**D**  
Quod magis est amicum  
delinquentem corripere  
quam adulantem peccatorem

**E**  
Quomodo correptione dat  
intelligentiam per  
curam

**F**  
Quomodo correptione fit  
ita purgata serena  
viciorum



optime sensisse et dixisse videtur hñs bernardus in epistola ad archandū preliacensem abbatē ubi ait **¶** Unde gratie et dilectio nis sibi impendere possunt absentes amici. puto et me debere tibi et michi debere ait. **¶** Que tam grata utriqz iamqz debita deuotioē qñ in vnoquoqz nr̄m feruat. in nullo euidentius cognoscē se inote scire possumus, q̄ si alterutrū non celamus, siq̄ fortasse de aliterro quod non deceat audim⁹ hec bernard⁹. **¶** Et hys oibus iam p̄missis puto aliquantū partē quomō ad hoc ut coruptio fra terna debite et meritoze fiat obseruari et captari debet ad eam oportunitas temporis ex pte delinquentis curandi.

**Capitulum 146m**

**¶** Etando nūc videndū est quomō obseruabilis re p̄ ista oportunitas est ad correptionē fraternā bñose et meritoze pagendā. **¶** Ex pte medentis **¶** Medicinalis em̄ ut superius ostensū est debet esse cor repto. **¶** Et ideo ad illius tanqz spiritualis alicui⁹ medicine āmi mstrationē p̄requiritur non solum in egro disposito ad accipi endum. verum etiam in ipso qui corripere disponit p̄paratio et equalitas congrua ad ipendendū. **¶** Qui em̄ ad corripendum deli quentem venit. quasi ad egrū medicus accedit. **¶** Ipsum igit vul neris et oīs p̄mū morbi ex ptem oportet existere ne in amplius egrum ipse inficiat. quo ad illius velut leuandā egritudinem ipse morbidus appropinquat. **¶** Unde bene ait bñs gregori⁹ p̄m pastoraliū in fine. **¶** Inuis adhuc ope passioēs viuūt. quia p̄sup̄tioē p̄sum mēderi propat. qui in facie vulnus portat. **¶** Nam ut idem gregori⁹ ait ubi sup̄ ca. xij. **¶** Necessē est q̄tinus hunc nulla imundi tia polluat. qui hoc officiū suscipit ut in aliens quoqz cordibus pol lutois maculas tergat quia necesse est ut esse studeat manus munda que diluere sordes curat ne tacta queqz deterius inquinet. si sordida is que lutu in tenet hec gregori⁹. **¶** Unde in equali vel maiori crimine existens prohibetur corripe. ut declaratum est sup̄ ca. 2. k. et. d. et c. **¶** Spe cialissime tñ captanda est tempis oportunitas et circa eū qui corupti rus est strictissime obseruanda. quo ab oī furoris contagio in se trāqly ipse consistat. ut ipare p̄mū sibi potēs sit nullo ire impedimēto p̄gna tus. **¶** Nam si ire turbulenta extra fines circūsp̄ctiois mentem dixerit iam non agere que oportet hominē ex rōe p̄mittit. **¶** Nam ut ait Gre gori⁹ moralū ca. 21. **¶** Cum p̄ uia audie culpam patientia p̄ditur q̄ quo ue ordme agendū sit nescatur. **¶** Quia minnū intelligentie lumen wa

**¶** Quod summe caritatis indicium est amicos se inuicem ammonere

**¶** De pietate et tranqui litate animi q̄ habere in se debet alium corripu

**¶** Quod summe in corupti one vitanda est ira. Et quod ipsa confundit hoī ne in agendis



**I**  
Quod sine viuisa pmi  
apis resistendū est et p  
apue ire \* \* \* \*

**K**  
Quia quasi insanū ho  
minem reddū facit Et  
quod semel inuolutū  
regi non potest \* \* \*

**I**  
De necessaria ira que  
est per zelum et de paci  
entia irrationabili \* \*

**M**  
Quod difficile est anī  
sum animum rep  
mere \* \* \* \*

subtrahit, cū mētem promouendo confundit hec gregorius **P**  
cauenda igitur ira ne intreat **Q**uia sicut dicit **B**ene ca li. pmo  
ad nouatū de iracundia **I**raculius est excludere pmissa q̄ regere  
et non admittere q̄ admissa moderari **N**atū se in possessione po  
suerit potentiora rectorē sunt, nec recedi se iūte patiuntur **C**ōm  
ta semel mens et excussa, ei seruit quo ipellitur **Q**uarundā rep  
ntia in nra potestate sunt, ulteriora vero in sua rapiūt nec re  
gressum relinquunt **U**t in p̄ceptis datus corpibus, nullum sui  
arbitriū est nec resistere nec morari deiecta poterunt, s̄ consilium  
dē et penitentia irrevocabilis precipitatio abscondit **E**t non lēz eo  
non puenire, quo non ire licuisset **I**ta animus si in ira amorem  
aliosq̄ se proiecit affectus non pmittitur rep̄mere impetū **R**api  
at illum oportet et ad p̄mū agat pondus suū, et viciōz natura  
procliuis **O**ptimū est igitur p̄mū vitamentū ire p̄mū sp̄m̄  
ipsiq̄ repugnare seminibus, et dare opam ne in cadamus in iram  
**N**am si cepit ferre transfusos, difficilis ad salutem recursus ē **Q**uo  
mam in rōis est ubi semel affectus induit, est usq̄ aliquod illi n̄m  
voluntate datum est **F**acet de cetero q̄z iam volēt nō q̄zū p̄missū  
**E**t sicut dicit **G**lossus hieronimus ad demetriadem virginē ipsū  
iracundū seuisis consensente stimulis eragitanū ira ab oī consilio et  
mente deturbabit ut dum irasatur insanire credatur **I**n p̄mū  
igitur aut seneca ubi sup̄ fimbis, hostis arcendus ē **N**am cū in ira  
uenit et portis se intulerit, modum a captiuis non accipiet **H**ec  
de ira per viciū a seneca apud ip̄fectiores in sola nature conditōe  
absq̄ adiutorio gratie dicta possum accipere, q̄zuis de ira p̄  
lum apud sc̄os homines dicit **C**hrisostom̄ sup̄ i math. v. Qui  
irasatur fratri suo, quod si ira non fuerit, doctrina non proficit nec  
iudicia stant, nec crimina cōpesantur **I**taq̄ qui cū causa nō iras  
atur peccat **P**acientia em̄ irrationabilis vicia seminat negligē  
tiam nutrit, et non solū malos s̄ bonos ad malū mutat **P**ed ali  
ud est quod non p̄t ip̄fectus homo per naturā aliud quod p̄t  
sancti per gratiam **V**erūtamenē q̄zuis ex zelo bono homo contra  
viciōz p̄sūptores moueatur difficile in est et maxime viciōz  
quod rarissimi possint aut sciunt calentem impetum zeli discre  
tis freno ita restringere ut extra tempantē et rōis limitē non  
excedat quē ad modū declaratum est supra ca. 131. r. v. **V**nde et  
**A**mbrosius sup̄ lucā li. v. **P**reclarum inquit est motum tempantē  
consilio nec minoris virtutis dicitur colubere iracundiam in



dignationemq; compescere q; omnino non irasci. cū  
 plerumq; illud leuius istud fortius estimetur Et idem  
 in libro de officijs Non mediocre est mitigare iracundi-  
 am. non inferius q; oīno non commoueri Hoc nēm est  
 nature illud Propter huiusmodi inhibitionis difficul-  
 tatem p̄cauenda semp̄ ira videtur infirmis et ut nul-  
 lo modo inceptis ei viam pandant. Cauendū insup̄  
 etiam fortioribus. ne ex ut viciose commotione ad correptionē  
 nem procedant. scripture multiplicat tam nobis p̄sudent  
 ut eque sup̄ius ca. 131. est ostensum Nec immerito Dicit diligē-  
 ter attendimus incongruum esse ut ad correptionē frateari  
 delicti ex iracundie commotione procedatur ex tribus maxie  
 considerare poterimus scz

- Excessus iracundie
- Processus incongruitate
- Profectus raritate

Hec enī tria per ipsam quo-  
 tidianam experientiam sa-  
 nis docent perniciosam po-  
 tius q; uilem correptionem  
 fieri si ex impetu et in commotione profectatur

**Capitulum: X: X: X 147<sup>m</sup>**

Primo igitur nisi cum tranquillitate et sine ir-  
 turbulencia correptionē debere fieri. aliaq; ipsam  
 in deterius credere et plus ledere q; prodesse ostē-  
 dit

erectus iracundie Nam ut dicit Hieronymus Ira  
 hostis est nature degenerata cōe excedit mensuras iusticie. am-  
 atiam rumpit concordiam dissipat. pacem pectoris auferet Et  
 sicut dicit Benedictus in libro primo de ira ad nouatū In temeritate  
 prona est. et picula dū vult inferre non cauet Et vnde cūq; pro-  
 ueniat semp̄ mentem auerecat aut turbat Quare ut ait Chrisosto-  
 mus sup̄ Math. 2. zelus sapere nescit. et ira consiliū non habet. In-  
 cor enim iraq; mentem p̄cipitant Vnde in commotione positus  
 recte aliquid exequi ut oportet vix possibile est Male enī ait qui-  
 dam cuncta ministrat iracundie Cuius tanto error piculosior esse  
 dicitur q̄to non erodit ratio putatur Nam ut ait gregorius. mo-  
 uerit ca. 3. dum p̄turbat mens iudiciū sine cōe exasperat. de q; su-  
 perius suggerit rōnem putat Iratus enī sibi senectam etiā facinus  
 consiliū putat Et hinc est qd̄ dum in commotione ad corrigendum  
 p̄p̄iam mens ipellitur. ipsa sua commotione occidit ut dū propri-  
 furore est agitur seruire se iusticie suspicatur Vnde b̄tus gregorius  
 sup̄ ezechielis 1. Vbi erat impetus illic animalia gradiebantur li-

**A**  
Quod incongruū esse  
corripi aliquem ex ir-  
acundie patet ex  
tribus

**C**  
Quod iracundia non habet  
modum et oīa cum  
pellit precipitante  
agere

**P**  
Quod ira diffidit se  
facere quia semper  
se iustam putat



**Q**  
Quomodo se ut imper  
palliat sub imagine  
iusti zeli 7 7 7 7

**R**  
Quomodo ira etiam impo  
tes impellit ad crimen  
Et ipse volens semper  
peccare multo mentitur

**P**  
Quomodo sume cauenda irai  
conceptione fraterna ut  
q in usu qm assupca de  
bet obsequi no domina  
et 7 7 7 7

**T**  
Quod nunquam aliquis  
comotus debet corrigi  
re alium. Exemplum  
de socrate 7 7 7 7

primo homelia quinta. **D**icendum inquit nobis est quia ple-  
rumque imperus carnis se sub velamine spiritualis imperus  
palliat, et quod carnaliter facit, mentitur sibi ipsa cogita-  
tio quia hoc spiritualiter faciat. **N**am sepe quis iracundie  
stimulis victus contra delinquentes zelo ulciscende iusticie  
plus quam necesse est inflamatur, et iusticie litem in ultionem  
transiens agit crudeliter, quod se agere iuste suspicitur. **I**m-  
perus igitur carnis huic sub specie spiritus velatus est, quando  
et hoc quod iuste agit creditur sub discretionis moderamine no-  
tetur. **Q**uicquid pater noster augustinus super epistolam ad galo-  
latas. **Q**uidquam inquit laetato animo dixeris punientis est ipse  
tus non conueniens. **D**ilige et dicit quod volens. **P**ed nihil tibi licet  
ait. **V**eneta dum irascens. **N**on enim fieri potest ut qui vehemen-  
ter iratus loquitur, non aliquid penitendum ebulliat. **U**nde fir-  
mum Ambrosium de sancto ioseph ut ira etiam sepe innocentes in crimi-  
ne adducat. **Q**uia firmum gregorio 23. moral. ca. 14. **A**. **I**racundi qui in-  
crepare semper appetunt et nunquam fouere, multa plerumque in culpa  
do mentiuntur. **N**am ut arguere docte videantur, fingunt non  
nunquam que redarguant. **E**t cum ipsi equino more in cursum ostentat-  
ois ferueant in aliorum inuentionibus ex fictis sibi iniquitatibus  
pium parant. **H**uic sententiae concordari videtur quod sapientiarum  
**E**cclésiasticorum 19. **C**oreptione inquit mendax in ira contumeliosus. **B**rigi-  
tur scribit beatus gregorius richardo regi wisigothorum in registro ca. 22.  
**I**n coreptione sume cauendum est ne ira subupiat, ne fiat acius de quibus  
cum ira quippe etiam delinquentium culpas exequit non debet mentis  
dura preire, sed post roris tergum quasi ancilla famulari, ut ad faciem  
nisi iussa veniat. **N**am si semel mentem possides reperit iustum esse  
deputat etiam quod crudeliter facit. **H**inc enim scriptum est. **I**ra viri iusti-  
ciam non operatur dei iacobi 1. **H**inc etiam iacobus in canonica sua  
ait. **D**it ois homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et in-  
dus ad iram ca. 1. **C**auenda ergo ira in coreptione fraterna et in  
omni etiam corectione delictorum ira magis predominas, et cuius non sit  
moderatio per oia in animi potestate. **N**am ut ait seneca li. 1. de ira  
cuidia ad nouatum. **N**il minus quam irasci punientem decet, cum ro-  
magis ad emendationem pena proficiat, si iudicio lata est. **I**nde et  
socrates seruo ait. **E**derem te nisi irascer. **A**d monitionem serui in  
tempus sanius distulit, illo tempore se amonuit. **C**uius erit tam  
temperatus affectus, cum socrates non sit ausus se committere. **E**rgo



ad inhibitionē errantiū scheleratorū irato castigatore nō opus ē Nam cum ira delictū animi sit nō oportet peccata corrigere cōpetante her seneca Ratio huius correspondēs premissis esse videt Vnde z libro vitaspīn rubrica līi Abbas macharius dicit Si quē compueris cōmotus ad iracundiam, propam passionē adimplet Nec enī ut animā salues te ipsū in perdere debes Erue proximū tuū a peccatis sine improperio magistū p̄uales, quia ad se cōuertentes nō p̄citur Verino enī malicie non demoretur in corde tuo ut possis dicere Dimitte nobis debita nr̄a, sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is Que p̄cepta nobis facienda sunt cū fratrib⁹ nr̄is, dei autem est dimittere et confirmare petitionē nr̄am Plura de hac materi a vide sup̄ ca. 124. f. et caplo 131. v Et infra 161. caplo

**Caplin** \* . . \* **148<sup>m</sup>** \*

Secundo quod ira cōmotū et in se turbidū aliū coruper non decet declinabile videtur Ex processus incongruitate Ināgruū enī valde est ut morbus morbo curetur ut qui sibi inpare non sufficit. p̄cipere aliis velit, ut maiori viā o turbulencie quo infectus sum et sordidatus quasi lutosus manib⁹ erigere veniam maculas et infirma multo forsitan immora alioy Erubesci singulis velim que occurrerint emendanda Aditendū tamen quēadmodū affectus incipiant auerescant aut efferantur Nam fm̄ senecam li 2 de iracundia ad nouatū triphat inuenitur in iracundia motus Primus est non voluntarius quasi quedā p̄p̄tio affectus et quedā comminatio Hūc animi motum effigere rōe non possumus, sicut nec illa que accidunt corporibus, ne nos offitatio aliena sollicitet ne oculi ad impotentationē subito digitorum comp̄manē Isti non p̄t rō vincere Hic motus nō culpe s̄ nature ascribendus esse videtur Hic motus ad correptionem si ultra non processerit impedimentū non prestabit De cundus est cum voluntate, non t̄i, etumata, ut q̄n aliq̄s cogitat turpe et maliciosum est q̄ agitur ab alio correctione dignū, et motus misericors utitur corupere vel ulasā quod pepercā agitur nō t̄i sine deliberatione et iudicio rōis pretermissio Quales zelantiū que recta sunt est motus et indignantiū contra facientes iniq̄tatem, qui non p̄nt equanimiter ferre, cum viderit cōadlati iustitiam insoletere malos, p̄ire in religione disciplinā Ad hūc affectū duplex est bonorū habitudo Quidam enī adhuc infirmi sūt qui q̄uis equissime moueantur nesciūt t̄i in executione zeli p̄ correpti

**D**  
Quod qui cōmotus corripit propriam passionem crequitur

**A**  
Quod indignū est utm se viciōsi corripere districte alios velint

**B**  
De triplia motu iracū die sine gradu in cōm motione

**C**  
De duplia habitudē bonorū ad cōmotionē zeli contra iniustitiam



**D**  
De passionibus non ple-  
ne dominantes non de-  
biti facilius zelo omni-  
ti cupere \* \* \*

**E**  
De platone qui com-  
motus seruum culpa-  
bilem non credit \*

one vel nature dispositione vel nondum mitigatas animi passiones tenere moderamen, crebra in hoc prope infirmitatis experientia edocet. Quismodi hominibus tutius videtur pro tempore ab increpatione cessandum quousque motiois feruor relanguescat et caligo quae mentem premit, aut recedat aut minus densa sit, ne ipse sui munitate quem pressu prohibere non poterunt ulcerare magis quam sanare comprobent. Unde secundum Cassiodorum super psalmum Irasamini et nolite peccare. Vbi est aut feruida vindicta non est temperata iustitia. Ideoque tali secundum eundem ibi melius est vinctere iram propter patriam quam impunitatem alienam. Ad hoc pulcherrimum exemplum de platone ponit seneca libro 3 de iracundia ad nouatum. Hic plato ait aliqui iratus seruo delinquenti iussit eum exuere stapulas, prebere ipse passus fucus. Dum autem se interire sentiret iratum continuat manum. Et sic stans stupidus interrogatus ab amico qui forte interuenerat quid ageret. Exigo inquit penas ab homine iracundo, velut stupens gestum illum seuituri deformem sapienti viro seruabat obliuisciam serui, quia alium se quem potius castigaret iuenerat. Irasque abstulit sibi in sua potestate et ob peccatum quoddam commotior, tu mihi speusippe sic enim vocabatur amicus ille seruulum istum verberibus obiurgat. Nam ego irasor. Ob hoc non credi, propter quod alius credidisset. Irasor inquit. Plus faciam quam oportet, libentius faciam. Non sit iste seruus in eius potestate qui in sua non est. Dubitat seneca. Ne quis vult irato committi ultionem, cum plato sibi ipsi negauerit. Nihil tibi liceat, dum irasceris. Quare? Quia vis omnia licere, pugna tamen ipse. Si vinctere iram non poteris, te illa incipit vinctere. Hec seneca. In antipin ergo casu quo se infirmitatis prope sibi quisque confiteretur verisimiliter ex iniuriam peccaturum tutius videtur ut dictum est sibi dare ut locum et credere ei que latet in sinu suo nondum edomite iracundie passio. Sic de abbate iohanne legitur in quarto libro vitaspiritus parte quarta, rubrica 39. quae ascendens aliquid quando per viam que ducit ad sicy cum plebis suis de palmaribus vidisset camelariam quendam loquentem et commouente se ad furorem dimisit quod portabat et fugit. Alii fortiores sunt qui visis iniuriis que impertinent a malis presumuntur, vehementer zelo moti acceduntur, duce tamen ratione et adiutrice gratia se colibent ut que reprehendenda occurrerit minime silentio transcant et tamen in officio correptionis fraternae modum temperant non excedat. Et de talium numero se consignans Chrysostomus super mattheum. Motum inquit animi



169  
fruidū propter humanā fragilitatē in potestate habere nō pos-  
sumus suffragante tamen grā dei rōe disciplinali continem?  
Nam si irascamur nec domini consideratione refrenemur s̄  
a voto nro impediamur aliquo necessitatis obiectu. tunc unq̄  
constat nos facti criminē portare etiā si non possumus q̄ volumus  
efficere. Et Ambrosius de iacob et vita b̄ti li p̄mo Emolliri  
inquit p̄t ire motus Quomā ai⁹ qui est rōis capax. nō est sua  
rū passionū dñs s̄ repressor. Neq̄ em fieri p̄t ut facilius ad  
iraucidiā non irascat. s̄ ut rōe se temper indignationē colu-  
beata puniendo se reuocet sicut et propheta nos docet dices  
Irascamur et nolite peccare hec ille. Hic animi mot⁹ si rōe  
disponitur ut vult seneca ubi sup̄ non p̄prie ira vocari debz.  
Est em simplex ai⁹ mot⁹ rōi parēs. qui apud nr̄os in scripturis  
diuinis zelus appellatur. Certus motus dicitur ipotēs. q̄ nō  
si oportet ulcisci vult. s̄ utiq̄ qui rōnē euincit. Et huc ait seneca  
ubi sup̄ prope ira est que rōnē transiit que se ai⁹ rapit. Hoc motu  
uterq̄ libris ecclesiasticę historie habetur. Et assūit a ḡriano in decre-  
tis. r. q. 3. Cum apud thessalonicā seditioe erout. q̄dā  
ex militaribus vir. impetu furentis populi fuisset eximius. theodo-  
sius imperator. repentinū nuncij atrocitate succensus. ad ludos  
cruentes theatrales inuitari populū atq̄ ex iprouiso arcū fūdi-  
militēs atq̄ obruncare passim ut quisq̄ occurrisset gladio us-  
sit atq̄ vindictam dari nō crimim s̄ furorū. Ob hoc ai⁹ fuisse  
a sacerdotibus italie redargueret agnouit delictū culpāq̄ pro-  
fessus publicamq̄ penitentiā in conspectu totius ecclesie ere-  
git. Reges sanxit in posterū. Et in hoc sibi tempus assumptum  
absq̄ regali fastigio paruenit impleuit oibus ille quoq̄ mirabi-  
liter adiecit. Reges sanxit in posterū. ut sententie p̄ncipū super  
in ai⁹ aduisione prolate in die m. 20. ab executorib⁹ differantur. De  
locis nris. vel si restuliss̄ penitentię dep̄ret hoc ibi. Hoc motu  
ad correptionē vel correctionē ferri sup̄ius dixim⁹ peccātib⁹  
obirasi. Hoc vero q̄ indignū q̄ incongruū penitus iustis et  
sanctis viris emulatonibus carissimā meliorū sit. sufficienter i-  
notescit ex hys que tradit seneca. li 2. ad nouatū de iracundiā. Ita  
inquit ob alienū p̄cān sordida et angusti p̄cābus est. nec unq̄  
cōmittet v̄tus ut vicia diuin cōpescat p̄mittetur. Ipsam irā casti-  
gandam habet. que nichilo melior est sepe etiam peior hys delictis  
quibus irascimur. Et subdit. Modus esse nō p̄t. si pro facto cuiusq̄

**I**  
Quod voluntas per-  
caudi impediū ipol-  
sibilitate pro peccato  
reputatur. \* \* \*

**Q**  
Quod stultū sit irasci ob  
peccā aliena v̄sa. Et q̄  
hinc ut iusto se esset ual-  
erandum. \* \* \*



**Q**uod p̄na ubiq; regnat  
et omnia sunt iniquis  
plena

irascendū est Nam ut iniquus erit sic q̄liter irascetur delictis iniqui-  
bus. aut iracundissimus si toties exanderit quoties ita scelera  
meruerint Et quid indignū. q̄ sapientis affectū ex aliena pendere  
nequitia Atqui Si irasci sapiens turpiter factis debet nichilē recipi  
suis sapiente Dis illi iracundiā meroreq; vita transibit Quod em̄  
momentum erit. quo nō improba videat Quo t̄ies processerit do-  
mo. p̄scheleratos illi auarosq; et prodigos et impudicos. et ob ista  
felices iracendū est Nusq; oculi eius flectent. ut nō quo indigne-  
tur inueniāt Desinet si toties a se irā. quonens ea posant exege-  
rit Nusq; irasci desinet si sapiēs semel cepit Dīa sceleribus atq; vi-  
cijs plena sunt Plus mittit q̄ quod possit correptione sanari Ecce  
tur ingenti quidē nequitie certamine. maior quondie peccandi  
cupiditas. minor verecundia est Expulso melioris equouisq; respō-  
quonēq; visum est libido se impingit Nec furtiua iam scelera sub-  
pre oculis eunt Adeoq; impudicū missa nequitia est in om̄i per-  
turbus eualluit. ut innocentia nō irata s̄ nulla sit Nunq; em̄ pau-  
singuli aut pauci rube legē Undiq; velut signo ad fas nepliasq;  
miscendum exerciti sunt Non hospes ab hospite tutus Non foror  
a genero. s̄m̄ quoq; gratia rara Imminet vir coniugis exilio illa  
mariti Filius ante diem patris requirit mānos Si t̄m̄ igitur iras-  
bis sapientē. q̄tum scelerū indignitas erigit. non irascendū illi.  
s̄ infamendum est Inter cetera mortalitatis incommoda. hec est ra-  
ligo mentū. nec t̄m̄ necessitas errandi. sed erroris amor hec seneca  
Si promde nec motu isto irasci pro vicis alienis homo sapiēs illo  
modo debet. q̄to minus ex ire cōmotione ad aliena infirma cor-  
ripienda procedere Non est sui compos hoc ut motu mentis.  
s̄ apta densa caligine mente. intus vsatur in turbine ex qua  
cum linguā protulerit sic accensus. fulminare videbitur pot-  
q̄ effari Quid rite paget. cū ut dictū est male cuncta impetus  
āministrat Quis ait seneca li. 3. de iracundia ad nouatū Dolo-  
ri traditus aut furor. non p̄mam regit verecundiā Quis ipse  
turbidus et in aliquē ruis. non quidq; in se verecundie habi-  
tabit. Eui officioy nūs aut ordo constitit incitato Quis se regi-  
lingue tempauit quis ullam p̄tem corpis tenuit Quis se regi-  
re potuit inmissum hec ille Ut ergo digne atq; ac virtuosē quisq;  
corupere possit se p̄mū moueat se aspiciat se sub vōe restringat  
Nam ut ait seneca ubi sup̄ li. 2. faciet nos moderatores respectus  
nū si consului nos Et poterit non statim irasci utiq; si sibi raris

**Q**uod ira victus o-  
nem virtutem ab-  
at et nichil debite  
facit

**Q**uod consideratio mali  
proprii facit nos impar-  
malis alienis



quisq; ad singula quibus offenditur dixerit. Hoc et ipse omni. Sed ubi  
 tam equum iudicem inuenies. Aliena uia in oculis habemus a  
 rego nra sunt. Hinc hominada tyrānus uasitatur, et punit furta  
 sacri legus. Et sicut dicit abbas pastor in quarta uita spm pte 3m  
 in fine habens in domo mortuos propobimus ad domos uici  
 noy plangere et curare mortuos alienos. Ex quo iuxta pmissa  
 patet eū qui correpturus est pmiū debere esse alienū a smotione  
 uauandic ppter pcessus incōgruitatē. **Caplm. 147.**

**E**ritio quod correpturus alios a cōmōtione uauandi  
 e debet merito et necessarie esse alienus et in se trāgl  
 lus ostendi p̄t. Ex profectus caritate. Cōiter enim  
 vel frequēter quali cōo it dispositione correptio a

corripiente ministratur, tali aīo a correpto suscipitur, et talem in  
 ipso fructū opant. Vnde raro uideamus q̄ hī qui ex cōmōtōis fer  
 uore alios smonēt, nihil aliud q̄ indignationē ex sua correptōe  
 reportant. Vnde legitur exemplarū 4 libro uita spm pte 1. cā 17  
 q̄ uenit aliq̄n frater ad quendā senē, et dicit ei. Frater meus soluit  
 me egrediens huc atq; illuc et pro hoc ego affligor. Et rogauit eū se  
 nex dicendo. Equamini pota fr̄, et deus uidēs labore sustentationis tue  
 reuocabit eū ad te. Neq; em̄ possibile est ut cum duricia et austeri  
 tate faciat aliq̄s ab intentione sua reuocetur, quia nec demon ex  
 pellit demonem, s; magis cum benignitate reuocata eū ad te quo  
 nā et deus n̄r consolando homines ad se trahit. hec tibi. Quid au  
 tē mirandū si homo, primū suū in ira uel cōmōtōe corripiedo  
 ad ipsius emendationē non p̄ficat, q̄n etiā nonnūq; propter fra  
 ternā ex hoc offensionē gr̄e p̄rogatiuā amittit. Non credat  
 hoc qui non credit q̄ in li de illustribus uiris ordinis cisterciens̄  
 legitur distinctione quarta cā 4 de fr̄e quodā qui in sacre religi  
 oīs obseruantia feruens et sollicitus, dum aliq̄n die dormitō  
 s̄m consuetudinē ordinis corpi et sanguini christi p̄cipiasset  
 uisum est illi tunc et p̄ totā dem̄cep̄s diem q̄ ficiū mellis more  
 dulcissimū retineret. Dequenti uero d̄m̄ta dum eucharistiam  
 similiter p̄cepisset, p̄ continuū triduiū simile exp̄ius est gratiam  
 Tertia quoq; d̄m̄ta dum diuinā nihilominus altimōmā reate  
 pissi: tota iam hebdomada semel in dulcā suauitate sentire, p̄  
 meruit. Ex tunc ergo et dem̄cep̄s hanc panis dulcedinē mul  
 tipliciter et multo tempore sensit modo rarus et mō crebrius, put  
 dator gr̄e sp̄s sanctus paup̄i suo scedere dignatus est. Factum

**Q**uod oēs considerant  
 mala aliena negligē  
 tes propria

**Q**uod raro bona pro  
 ueniūt ex turbulen  
 ta correptione

**Q**uomō gr̄a homin  
 subtrahitur propter  
 turbulētā correptionē  
 uel offensionē fratris

**D**e fr̄e qui gr̄a car di  
 uine suauitatis auferat  
 aliu durus obui ergā  
 do contristatur



autem est ut aliqui quēpiam de amias suis pro culpa sua oburgatū  
iuste iuētōis mensurā sup̄ modum excederet nec tū anteq̄ diuino  
graciā sacramētōrū ab altari sumeret. et asperatā fr̄s consiliā per  
satisfactiōē lenire curauit. Unde factū est ut hostiā pacificā per  
nec dum pacificatō p̄cipere p̄sumēs. pro mellea spualis dulcedi  
nis suauitate qua antea refici et recreari consueuerat. sup̄ felici  
absinthiū amarissima amaritudine fauces suas infectas trem  
bundus houeret. Quo circa reatū suū q̄totus ad memoriā re  
uocans. et pro culpa minus discrete iuētōis humillima satis  
factione penitentiā agens. Apostolicā illā sententiā de cetero sol  
licitus obseruare curauit in qua ait. Vos qui sp̄iales s̄. s̄. l. u.  
modi in sp̄u lenitatis corūp̄te considerans temp̄sum ne et tu  
temp̄teris. Attendant que so illud exēplū quicūq; videtur esse  
sui ordinis zelatores. quicūq; accensi zelo iusticie in sp̄u feruent  
attendant maḡ et cautus obseruet. ne forte v̄ba iuste correptionis  
et emēdatiōis fraternie. in acrima v̄tant destructionis aliene et am  
sionē ac meritū amissionis gr̄e prope. Non multū huic dissimile le  
gitur in quarto libro vitāssim̄ p̄te nona rub. viij. de duobus fr̄ibus  
magne vite in quadam Gregatione. qui meruerūt singuli videre gr̄am  
dei in alterutrū. Factum est autē ut aliqui egredereur vnus ex eis in  
festa feria circa congregatiōē et videret aliquē manducantē in  
ne et dixit ei. **H**ac hora manducas in feria sexta. Cautū ei dixit.  
**D**ie autē sequēti facta est celebraō missarū s̄m consuetudinē  
et ingressi ecclesiam intues frater eius vidit graciā que ei data su  
erat recessisse ab eo. et t̄ tristatus est. Qui cū venissent in cellā. di  
xit ei. **Q**uid fecisti frater. quia nō vidi sicut p̄die graciā in te. Ille  
autē respondens dixit. **E**go neq; in actu neq; in cogitatioibus. **N**on  
mihi sum alicuius mali. **D**ixit ei frater eius. **N**eq; sermōē aliquē od  
osum locutus es. **E**t recordatus dicit ei. **E**nā. **H**esternō die vidi  
quendam mane manducantē et dixit ei. **H**ac hora manducas in  
festa feria. **H**oc est p̄tin meū. **D**ed labora meū duas hebdoma  
das. et rogem̄ deum ut mihi ignoscat. **E**t fecerūt ita. **E**t post duas  
hebdomadas vidit frater gr̄am dei iterū venientē sup̄ fratrem  
suū. et consolati sunt. deo qui solus bonus est gr̄as referentes h̄c  
**E**t hys exēplis est facile adūtere q̄ si sic loq; pie zelantes h̄c  
um t̄n in correptione contra peccantes exandescantibus. merito  
consideratiōis sue gr̄a diuina subtrahitur. q̄ modicū etiā fructū  
aut nullum p̄mmo sepius detrimētū potius. in ordatio: mer

¶

De alio fr̄e qui graciā  
amisit quia fratrem  
suū indiscrete m̄cor  
pauit \* \* \* \* \*



panis apud illū qui corripit ab hīs quibus ex officio non manebit ut  
 habitum est in superioribus operetur. Unde necesse est ut boni viri in oī  
 quod iuste cōtra delinquentes zelant, in omniōs sue invidiam suspectā  
 habeāt. Quī et si ab aliorū vicioz colluuiōe defecati sunt, ab ira cū  
 die tū irruptione seueri penitus esse nūq̄ p̄nt. Nam ut ait seneca  
 libro 3 ad nouariū de iracundia. Ira nullam transit etatē, nullū hōi  
 nū genus exāpit. Quedam gentes bñficio egestatis nō nouerūt luxu  
 riam. Quedam quia eritate et vage sunt effugere pigritiā. Quibus  
 incultus mos agrestisq̄ vita est circumscriptio ignota est et fraus  
 et quodcumq̄ in foro malū nascitur. Nulla gens est quā nō instiget  
 ira, tam inter grauos q̄ inter barbaros potens. Non minus p̄mī  
 osa est leges metuentibus, q̄ quibus iura distinguit modus virū.  
 Nec mea refert q̄ sit ex quo surrexerit ex leuissimis em̄ in maxima  
 euadit. Illa em̄ animi mala ad pessimos quosq̄ constat p̄tinere, ira  
 cundia enā crudelis hominibus et malis famis solet irripe. Nemo ergo  
 se nū ab illa uidet, cum lentos quoq̄ et natura placidos, in se uicā  
 et violentiam euocat. Quēadmodū adūsus pestilentia nihil prodest fir  
 mitas corporis et diligēs ualutudinis cura, pro misere em̄ imbecilla ro  
 bustaq̄ inuadit. Ita ab ira tam inquietis moribus piculū est q̄ cō  
 positus et remissus, quibus eo turpior et piculosior est, quo plus mil  
 lis mutat. Hec seneca. Dic p̄cipue sancti in corruptione cauere sibi de  
 bent ab hac peste et solliciti, p̄uidere ut illum potissimū tempore se  
 tranquillū sint, quo emendandis fraternis delictis ministerio correpti  
 ois opam dederint. Nam ex iracundie ipetu aliu corripere, opprimere est  
 potius q̄ emendare. Unde et apud bñm iob ca. 26. recte helyū dicit  
 Non te uia super, ut aliquē opprimas. Dup quibus vobis pulchre adp  
 positum n̄m bñs gregorius 26 mox ca. 29 et dem̄ cep̄ ait. Quod oīs  
 p̄ quē n̄c̄ est aliena uicia corrigi, semetipsum p̄us debet sollerter  
 intueri ne dum alioz culpas ulciscitur, ipse ulciscendi facinore su  
 preetur. Plerūq̄ em̄ mentē sub obtentu iusticie ire immitas vastat,  
 er dum quasi seuit rectitudinis zelo, rabie explet furoris, iusteq̄ se fa  
 cere estimat, quidq̄ ira nequit dictat. Unde et modū sepe ulciscendi  
 transgreditur, quia mēsurā iusticie nō frenatur. Dignū q̄ppe est ut  
 cum aliena corrigimus, p̄us n̄c̄a metiamur, ut p̄us mensa sua  
 attentione defereat, p̄us mira semetipsam zeli sui ipetū tranq̄l  
 la equitate cōponat, ne si ad cōadūrenda uicia abrupto furore  
 trahimur, p̄c̄m corrigendo peccemus, et qui culpā diiudicando  
 insequimur, imoderate feriendo faciamus culpam. Non autē iam

Quod in iusto etiā zelo  
 semper debet ira esse ha  
 beri suspecta 777

Ira nulli pariter  
 etiam iustos inuadit

Si ex ira corripere opp  
 rimere potius est q̄ eme  
 dare 77777

Si in se tranquillū  
 primū debet esse aliu  
 correpturus



correctio delinquentis sequitur, si in ultione ira ultra q̄ culpa merita  
 extenditur. In correptione quippe viciorū subesse menti debet iracūdia  
 non posse, ut ad executione iusticie nō dominando p̄ueniat, s; sanu  
 lando subsequatur, ut notū iudiciū possessa impleat, nō p̄curat. **S**  
 itaq; dicitur. Non te ergo super ira ut aliquē opprimas, quia videlicet  
 sis qui corrigere mittitur ira superant, opprimanturq; corrigat. Nam  
 dum plus q̄ debet attenditur, sub iuste ultionis obtentu ad inanima  
 tem crudelitatis effrenatur hec grego. **E**x istis satis liquet q̄ in corre  
 ctione arguens emendationis fructū et finē qui in correctis vel in cor  
 spectandus est rarissime cōsequatur. Quod em̄ fm boetū de cōso  
 latione philosophie precipiti via certū deserit ordinē, lecos nō ha  
 bet exitus s; odia, uirgia sollicitosq; dolores et alia mala multa de  
 quibus in plerisq; locis sup̄ habitū. **Capitulum 150<sup>m</sup>**

**Q**uod interdum pro ex  
 citatione pigrorū ira in  
 zelo simulanda est a p̄  
 lato mictione tū sincera  
 et affectione s; saluis

**E**t tū ira accipienda esse puto post. Veniam in li  
 p̄mo de iracundia ad nouatū ut q̄uis turbulen  
 tū illū ire motum qui in tertio gradu in superio  
 ribus est assignat. oīo detestari nec admittere unq̄  
 debeat homo iustus. Nichilomin⁹ tū quandoq; p̄feram ab hys qui  
 regendis alijs p̄sunt ira simulanda est et spēs quedā ac habitudo  
 tempore et motu effugienda, si segnes audientū animi cōstanti  
 sunt, aut pro aliorū vitanda infectione atq; sequela p̄si corripien  
 di. Apud quos poeta nouus aut sermo tuus dentes habiat mor  
 daciterq; illos tange quos corrigere alias aut ab aliorū infectione co  
 habere in fusa medullis et diebus inueterata malicia verat. **D**icit  
 seneca tarde consurgentes ad cursum equos, stimulis excitamus  
**D**icit aliqui mactandus est metus hys apud quos rō nō proficit. **E**t  
 em̄ pro exigenda p̄sonaz ad emendatione foris p̄tendendū m̄cō  
 proximi salus p̄suasit, sic agendū est, ut metus in nobis et m̄cō  
 tione recta et affectio dilectionis ab indignationis et iracundie meli  
 lis maneat inconfusa. **N**am ut scribit b̄tus gregori⁹. **A**ugustinus  
 angloy episcopo ut habetur in registro ca 263. **N**ecessē est ut quidā  
 districtus quedā lem⁹ corugantur. **E**t cum paulo districtus agit  
 ex caritate tū agendū est non ex furore quā n̄ ipsi hoc p̄cētū qui  
 corrigitur, ne gelicenne ignib; tradatur. **V**icē em̄ nos fidelius tem  
 re disciplinā debem⁹ sicut boni p̄res carnalib; filijs solent, quos  
 et pro culpis v̄beribus ferūt, et tū ipsos quos dolorib; affligunt  
 habere heredes querūt, et que possident ipsis feruāt, quos irati in se  
 qui videntur. **H**ec ergo caritas in mente tenenda est, et ipsa modū

**I**n pia mictione et pa  
 ternā caritate p̄fer  
 tum prelati corripere et  
 et corrigere debent.



correctionis dicitur, ita ut in eis extra rōis regulā oīo nihil faciat hec gre-  
 gōrius itaq; corripiens ut dictū est pura, sed affecto oportet sic nō  
 mīn' sincera. Debet em̄ corripere medentis affectu esse imbut'  
 nō odientis. Unde s̄m̄ semitam ubi sup̄, q̄uis m̄ferre q̄nq; castiga-  
 tionē etiam aliquis si platus est necessariū habet, sincere tū hoc a-  
 get, si cū rōe faciet. Non em̄ nocet, sed medetur specie nocēdi. Quē  
 admodū hastilia decerta ut corrigam' aduruis et adacuis aue-  
 is non ut frangamus s; ut explicemus elidimus. Sic ingrema  
 vicio p̄ua, dolore corpis atq; corrigim'. Nempe medicus p̄mo  
 in leuib' vicijs temptat non multum ex cotidiana cōsuetudi-  
 ne m̄flectere, et cibis potionibusq; exercitationibus ordinē pone-  
 re, ac valitudine tū mutata vite dispositiōe firmare. Proximū  
 est ut modus proficiat. Si modus et ordo non proficiat, subducatur ali-  
 qua et circumadit. Si non ad hec quidem respondet, m̄terdiat cibis,  
 et abstinentia corpus eronerat. Si frustra mollia cesserit, ferit ve-  
 nā m̄bris. Que si adherentia nocet, man' affert. Nec ulla videtur ai-  
 ra, cui' salutaris effectus est. Ita legū p̄sident' ciuitatis rectore' decet  
 q̄ du' p̄t' abis et mollioribus hys ingrema curare, aut facienda sua-  
 deat cupiditateq; honesti et equi conciliet, faciatq; viciōz odium  
 p̄cū d̄tū. Trāseat deinde ad tristiore' oīonem, qua moneat adhuc  
 et exprobet. Nouissime ad penas, et has adhuc leues et reuocabi-  
 les recurrat. Ultima supplicia sceleribus ultimis ponat ut nemo  
 pereat nisi quem pure etiam peunib' m̄terfit. Hoc vno medentibz  
 erit dissimilis, quod illi quibus vitam non poterūt largiri facile  
 vitium prestant. Sic damnans cū dedecore et traductiōe vitā eri-  
 gūt. Non quia delectant alicui' pena procul est a sapiente tam in  
 humana feritas, s; ut documētū oīm sint. Et qui aliam nolue-  
 runt prodesse, morte certe eoz utat res publica. Nec cui' oīa sine  
 liore, sine ira faciet, consulens in hys oībus si fieri p̄t' delinquētū  
 saluti, si autem sibi saluti esse nō p̄t' suades per eos cōi' utilitatem  
 ut qui sua cōi' satione nec sibi nec alijs in si nociū esse volūt sua  
 condemnatione vel alijs profint. Non ergo indignari delinquētibz  
 aut asp̄nari errantes sapientis est, s; cōpan'. Alioqui ipse sibi odio  
 erit. Quis em̄ nō multa contra bonū morē facit quis nō multa  
 agit que veniā desiderēt. Nam irascere etiam sibi. Neq; em̄ eq'  
 iudex aliam de sua aliam de aliena causa sententiā fert. Neq;  
 inq; iuenitur qui se possit absoluerē. Et innocentē q̄s; se dicens  
 resem respiciet non consciām. Quare humanū mitem et p̄nū

**A**

Quod etiam ad modū mede-  
 nis plan' papue m̄uati  
 ombus habet s; debet  
 a leuiorib' procedendo

**B**

Quod oīo p̄sidos plan'  
 publica et dure corrigi  
 re debent prop' alios

**C**

Quod delinquentibus  
 compatendum est  
 et nō irascendum



**Q**uod etiam duri coru  
piendi sunt et caritate  
et sine odio

magis animi oportet prestare peccantibus maxime ubi ex malitia non  
peccatur. illosque non persequi delinquentes sed reuocare. Errante enim pecca  
torum ignorantia vitio. melius est ad rectum iter admonere quam expellere.  
Corrigendum est magis qui peccat et ammonitione et vi. et molliter et aspe  
meliorque sibi et faciendus non sine castigatione. sed sine ira. Quis enim  
cui medetur irascitur. At qui corrigi nequeunt in hiis leni  
aut bone spei capax est. tollantur e medio mortalium. Et quo uno  
modo possunt. desinant esse mali. Sed hoc sine odio. Quid enim tunc  
oderim eum cui tamen maxime profum cum illum sibi eripio. Numquam membra sua  
a quis odit tunc. cum abscedit. Non est illa ira. sed misera curatio.  
Habidos affligimus canes. et truce atque imansuetum bouem occidimus  
et morbidis pecoribus ne gregem polluant ferrum damus. porcum  
suo feno extinguimus. Nec ira sed ratio est. a famis iuribus secerne huc senten  
tia. Hinc sententia valde accordare videtur quod sanctissimus pater Augustinus  
in regula sua et dicit. Quod qui secretus ammonitus de crimine neg  
lexerit corrigi. post conuictus sine preposito vel presbiteri ad eum dispen  
satione potest arbitrium debet emendationi subire vinctum. Quia si fecerit  
cusaueat. ena si ipse non abcesserit de via societate. punitur inquit. Non  
enim hoc fit crudeliter sed misericorditer ne contagione pestifera plurimos  
perdat. Et hoc inquit in omnibus iuuenendis. prohibendis. iudicandis con  
uincendis vinctandisque peccatis diligent et fideliter obseruet. cum di  
lectione hominum et odio vitiorum. Nec autem quomodo fieri possunt et debent in cor  
rectione peccantium sine odio. immo cum dilectione personarum pulcherrime  
me declarat. Ideo beatissimus pater noster Augustinus de sermone domini in m  
te. Proinde enim assuit a gratiano in decretis 23 q. 4. De vindicta dicit.  
Ea vindicta non prohibet que valet ad correctionem. que ita ad manum perti  
net. Nec impedit illud propositum quo quisque patitur ab eo quem correat  
esse vult plura proficere. Sed huic vindictae inferende non est idoneus nisi  
si qui odium quo flagrare solent qui se vindicare desiderant mansuetudin  
ne dilectionis superauerunt. Non enim metuendum est. ne odiosum puerulum filium  
parentes videantur. cum ab eis vapulat peccatis ne peccet ulterius. Et  
certe perfectio dilectionis ipsius patris dei. imitanda nobis proponitur. cum  
in sequentibus dicit. Diligite inimicos vestros. benefacite hiis qui oderunt  
vos. et orate pro hiis qui persequuntur vos. Et tamen de ipso dicit per prophetam  
tam. Quis enim diligit dominus castigat. flagellat autem omne filium quem  
recipit. Dicit etiam dominus. Verius qui nescit voluntatem domini. et factum  
digna. plagis vapulabit puerus. Non ergo ut ipse vindictam cum re  
ordine patris data est. et ea voluntate vindictam. qua per filium puerulum

**Q**uod nemo idoneus  
est ad corrigendum alios  
nisi prius ab ira et odi  
o purus

Dei autem qui facit volu  
tatem domini sui et factum  
digna plagis vapula  
bit mulas



flagellat que tñ peccantē nō prōdissē. **U**nic em̄ ap̄tissimū exēplū dātur posse p̄c̄m̄ amore potius v̄ndicari; q̄ ip̄unitū relinquit ut illū quem v̄ndicat nō pena miserū; s̄ correctiōe b̄n̄ esse velut. **P**aratus tñ sit si op̄ fuerit equo aiō plura ab eo tolerare illicita que vult esse correctum, siue m̄ eū habeat potestātē coarctandi siue nō habeat. **M**agnū autem et s̄c̄tū v̄n̄ qui iam optime sc̄rēt mortē istā que aiām dissoluit a corpore formidandā nō esse s̄c̄roz tñ aiām qui illā timerēt nōnulla peccata punierūt morte, quo etiā viuētibz utilis metus incuteret, enām illis qui morte puniebant nō ipsa mors noceret, s̄ p̄c̄m̄ q̄ augeti posset si viuerēt diminueret. **N**on timere illi v̄ndicabāt, quibz tale iudiciū deus donauerat. **I**nde est quod helyas multos morte affectū p̄ manu, et igne diuinitus ipēcto. **Q**uod et alij multi et magni diuini v̄n̄, eodē sp̄u consulendo rebus humanis nō temere fecerūt. **D**e q̄ helya tñ exēplū dedisset discipuli, memorātes q̄ ab eo factum sit ut etiam ipsis daret p̄c̄tā petendi de celo ignē ad cōsumendū eos qui sibi hospitū non p̄buerāt rēplendit in eis dñs non exēplū prophete s̄c̄tī, s̄ ignorantia v̄ndicandi, que ad huc erat in radibus, aiā dñs eos nō amare correctionē, s̄ odio desiderare v̄ndictā. **I**taqz postqz docuit eos quid esset diligere proximū tanqz seipsum, infuso etiā sp̄u s̄c̄o que decem diebus complens post ascensionē suā desup̄ ut p̄miserat misit nō defuerūt tales v̄ndicte, q̄uis multo rariū q̄ in veteri testamento. **I**bi em̄ ex manu p̄te seruientes timore p̄mebant, hic autē maxime liberi nutrebantur. **N**am et v̄bis apli petri ananias et uxor eius, sicut in actibus ap̄loy legi exanimis ceciderūt, nec resuscitati sunt s̄ sepulti. **Q**uapropter idē augustin⁹ ut habet in decretis ubi sup̄ ca<sup>o</sup>. **D**i ea de se alijqz p̄latis ecclesiasticis loquēs. **D**i inquit ea de quibus vehementer deus offendit insequi vel ulasā differimus, ad irascendum utiqz diuinitas prouocant, patientiā. **N**onne ad hoc filius zare p̄tri it mandati dñi, et sup̄ dñē populū israel ira eius incubuit. **E**t ille erat vnus homo, atqz utinā solus p̄isset in scelere suo hec augustinus. **S**ed hec que coarctatiua et punitiua correctionē respiciūt sicut in sup̄ioribus maxie in ca<sup>o</sup> secundo. b. et l. multiplicat est ostensū p̄cipue spectāt ad p̄latis

**Capitulum x x x l i i i i i**

**E**seruantes igitur p̄latis nr̄is in coarctatione peccantiū et punitiōne p̄c̄oz que ip̄soz sunt redeamus ad p̄positū attendentes q̄ non obstantibus p̄missis deuoti religionis et iusticie zelatores ubi verisimiliter p̄fectū sperat et tranquilos se atqz in intentione ac affectione sincerōs consi-

**¶**  
Quod homo non corrip-  
 ens ubi debet iram dei  
 quasi prouocat p̄tri-  
 pue p̄latis

**¶**  
De necessario zelo cari-  
 tatis q̄ se debent fr̄es li-  
 bent inuicem monere  
 et in aplis p̄dama-  
 re x x x x x



derat saluus hys que in superioribus de excusatione a peccato fecit in  
 rephois dicta sunt ca. 7 cum sequentibus sciuit debet fraternaliter  
 et diligenter de suis cotidianis defectibus et culpis exterioribus magis  
